Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 729
Quelle:
Copyright:

VI. *fol.* 147. *Incipit prologus anselmi archiepiscopi In elucidarium.* Ita nempe: *Sepius rogatus a condiscipulis* &c. Ut in edit. *Opp. Paris.* 1721. p. 457. f. Operis ipsius initium: *Gloriose magister rogo ut ad inquisita* &c. In Codice nostro membrana postrema excidit ad c. 20. L. III. verba: *et fragilitate liberi erunt. Non tamen* —. Dialogos hos ob rationes ab Editore *Gerberonio* in *Censura* praevia adductas *Anselmi* non esse, etiam mihi liquet; mirari tamen subit, tam brevi post S. Praesulis mortem tempore, quae in annum 9. Seculi, quo Codex scriptus est, incidit, ignorari potuisse, quidnam illius genuinum sit.

CCCXXXVII.

R. 62 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 153. f. min. charactere atro, luculento eleganter perscriptus, rubricisque enotatus sequentia continet D. *Augustini* Opuscula: I. *Incipit liber sancti augustini de uirginitate.* Initium: *Librum de bono coniugali nuper edidimus* &c. Finis: *et superexaltate eum in secula Amen.* Extat Ed. *Maur.* T. VI. *col.* 341. Lectio nostra sat proba.

II. *fol.* 28. *Incipit liber sancti augustini de gratia et libero arbitrio ad ualentinum et qui cum illo sunt.* Initium: *Propter eos qui hominis liberum arbitrium sic predicant. et defendunt* &c. Finis: *Fratres orate pro nobis — in secula seculorum amen.* Extat Edit. *cit.* T. X. *col.* 718.

III. *fol.* 51. p. 2. *Incipit liber sancti augustini episcopi de disciplina christianorum.* Initium: *Locutus est ad nos sermo dei* &c. Finis: *Ego et pater unum sumus. Conuersi ad dominum* &c. Extat Edit. *cit.* T. VI. *col.* 581. Ex ultima Formula *Sermonibus* accensendus.

IV. *fol.* 58. *Aurelij augustini de decem cordis Incipit liber.* Initium: *Dominus et deus noster misericors et uerax* &c. Finis: *Quod hic desideramus ibi inueniemus. Amen.* Ut Edit. *cit.* T. V. *col.* 48. Sed nobis accedunt Versiculi:

Iste liber modico tenuis sit corpore quamuis.
Haut tamen exiguas fert tibi lector opes.
Quas tu si capias discrimina mille ualebis
Temnere perpetua atque carere fame.
Augustinus adest bonus hic athleta famosus
Denas qui cordas tangere rite quiit.
Exempla istius fuerit quicunque secutus
Hic possessor erit, o paradise tuus.

Ni fallor, vetustae cuidam Editioni *Augustini* a Typographo adjectos vidi.

V. *fol.* 71. p. 2. *Incipit Prologus Beati augustini episcopi In libro enchiridion ad laur.* Initium: *Di-*